

## Les Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Extrait de la convention établie avec les établissements partenaires :

- ces établissements autorisent la numérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de manipulation des documents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les images résultant de la numérisation seront dûment référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré comme une « œuvre » (numérisation, traitement des images, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et administrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est soumise à autorisation.
- toute utilisation commerciale restera soumise à autorisation particulière demandée par l'éditeur aux établissements détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques compétents.

Copyright - © Bibliothèques Virtuelles Humanistes

RODOLPHI  
GVALTHERITIGVRINI, IN  
IVLII POLLVCIS DICTIONARIVM AN-  
notationes quibus Loci quidam obscu-  
riores, & obseruatu digniores  
breuiter exponuntur.

Vna cum Indice Autorum, qui in hoc ipso Dictionario passim den-  
se que cum suis Locis difficultoribus citantur, & quam  
maxime Latinè & propriè cum reddun-  
tur, tum explicantur.

APVD ROBERTVM VVINTER, BA-  
sileæ, Anno M. CCCCC. XLII.



RODOLPHI GVALTHERI,<sup>3</sup>  
IN IVLII POLLVCIS DICTIO-  
NARII LIBRVM PRIMVM  
Annotationes.



Egip̄ōaut̄yia, in templis usq; fuere, uel <sup>1</sup>  
laudacra purgationis, in adyti limine cōsti-  
tuta quæ transire, prophanis nefas erat.

**H**ēwgoi dicuntur, ut Phauorinus <sup>2</sup>  
inquit, non modò spectatores.  
sed & ij, qui ad Diuinorum oraculorum  
inquisitionem mittuntur, aut rerum Diui-  
narum curam gerunt. Vnde & ḥeωpīap aπτέξεη, sacrificium de-  
ducere significat. Et uiae, per quas proficiscuntur, ḥeωλδες λι-  
ασθαι dicuntur. Nauisq; in Delum proficiscens, ḥeωpīs nuncu-  
patur quemadmodum & sacra mensa, quæ corollas sustinet, de  
qua Pollux Libro IIII, Cap. XIX.

**D**ii, aut Dæmones, εποτρόπωαι dicebātur, uel αλεξίναι <sup>3</sup>  
kor, qui nocumenta ab hominibus auertebant, dirasq; arce-  
re, & amoliri putabantur. qui & εποτρόπωαι, λύσαι, φύξι-  
αι, φύλαι, καὶ δι λύσαι τὰς αγράς appellabantur. Latini, Aue-  
runcos vocant uide Budæu, & Cælium Lib. I. Cap. XXXII.

**E**πωτιβολεῖ, καὶ οὐτιβολεῖ, supplicare significant <sup>4</sup>  
Ἐπεὶ τὸ αὐτὸν πόδες βαλλεῖσθαι incruoratas, id est  
propterea, quod supplicaturi ad pedes prosternantur.

**E**κατόμβη, sacrificium est non simplex, & uulgare sed sum- <sup>5</sup>  
ptuosum, & splendidum. proprie id, quod centum boum ob-  
lationibus constat quemadmodum & χιλιόμβη, quæ mille bobus  
consistit, dicitur. per catachresin uero, etiā alia sacrificia, in qui-  
bus centum animalia utpote oves, capræ ue offeruntur, sic dicta  
sunt. Quidam porro, hecatomben à multitudine boum dictam uo-  
lunt numero finito, pro infinito posito. Quemadmodum et επειτώ  
χρυσανθη vocant eam, quæ multa transtra habet. Reperiuntur ue-  
ro & alia huius ordinis multa.

- 6 **Π**εμπόβολαι, uerua sunt quinq; unam modo, qua circum-  
aguntur, anfam habentia. Οὐλοχύτου uero, molæ erant  
ex hordeo, et sale cōfectæ quas immolandis uictimis infundebant,  
p. iusquam offerrentur. Vnde Homerus, Οὐλοχύτας προσωλο,  
et dicit: uide Phauorinum, et Homeri Interpretem, Iliados A:
- 7 **Θ**ΕΟΦΕΛΟΣ, festum apud Veteres fuit, folenne Deorum or-  
mum:
- 8 **Π**ΥΓΕΦΙΞΘ, apud Antiquos fuit Sacerdos, qui in prima fla-  
bat acie, facem et corollas ferens, quem uiolare nefas erat  
uel u alij tradunt, est is, qui ignem sacrificijs destinatum portat.
- 9 **I**ΑΧΑΓΓΙΩΣ, Bacchi mysterijs initiatuſ dicitur. Κουροτρό-  
πος uero, is uidetur, qui luuenum ad sacra destinatorum Nutri-  
tor est, seu Pædagogus. Δαειρίη autem, nimirum Proserpinæ  
Mystam appellaueris. Δαειρίη enim Atticorum lingua, Proserpi-  
ram significat.
- 10 **P**ROSERPINÆ festa κανθαροφόρια à floribus dicta sunt: quia dum  
legendis floribus occupata fuit, à Plutone raptæ est. Θεογά-  
μιæ, eadem dicuntur: quia in ijs Plutoni, Deo inferorum nupsit.
- 11 **C**AΣΤORIS, et POLLUCIS festa, Ανδρεῖα à templo ipsorum di-  
cta sunt: hoc etenim nomine, templum ipsorum apud Athe-  
nienses nominabatur: utitur hoc et Lucianus in Timone:
- 12 **B**AΛΛΟΣΘ, propriæ Caminarij sonat: eum intelligens, qui  
circa fornaces, et caminos exercetur. Veteres enim Ballorop,  
caminum uocabant: αὖειη, incendere est. Deinde uero hæc uox ad  
omnes artes, quæ manuum opificio peraguntur, transflata est. Pol-  
lux ad eos, qui sedentes operantur, refert: quare nos Sedentarios  
uertimus, iuxta Pollucis ipsius, quantum uidere possumus, senten-  
tiam: et ex Divi Hieronymi authoritate, qui Annotationum Lib. I.  
Contra Pelagium, hanc dictionem Ad omnes pertinere tradit, qui  
manuum opificio exercentur.
- 13 **X**EΙΓΟΥΣΤΟΠΕΣ dicti sunt, qui manibus uentris uictum sibi  
conquirunt: composua uoce ἀπὸ τῆς χειρὸς, id est manus.  
Et γαστερ, id est uentre. Ξειράναξ uero, manuum dominus di-  
citur,

citur, id est, qui manuum opera uiuit.

**P**er Eriphras annū describens Pollux, Tēpus esse ait, quo Deus <sup>14</sup>  
ex horis in horas circumvoluit. Videtur hoc iuxta Veterū  
sententias dictū esse, qui Solem tantummodo, Lunam, et Astra, à πό-  
του θεῖ, θεούς nominabant. Astipulatur hisce Plato, qui Libro  
VII De Legibus, Solem & Lunam, μεγάλουσ θεός vocat. Et a-  
pud eundem in Cratylo, Veterum opinionem enarrans Socrates,  
sic ait. Φαίνοντες μοι δι τέων τε τῶν κανθρεπτῶν τῶν πόδες τὴν  
Ελλαστὴν τούτης μόνους Θεούς οὐ γινόμενον. Σαπερε νῦν πολλοὶ  
τῶν Βασιλέων Ἡλιοφ., καὶ Σελήνιων, οὐ Γῆν, καὶ Αἴσαν, καὶ  
Δυραῖον ἀτεγγόριον τὰς φύσεας τῆς θεᾶς θεῖ, Θεούς αὖ-  
τοὺς ἐπονομάσσαι:

**D**iuersae sunt mensium diuisiones apud Græcos, et Roma- <sup>15</sup>  
nos. illi enim Mensem instantem, medium, et præcipitem  
habebant. Romani horum loco, Calendas, nonas, et idus. Primum  
mensis diem, quem Græci ob Lunæ cum Solis cōmixtionem, Ne-  
uiviacy, id est Nouilunium, vocant Romani, Calendas appellauere.  
Secunda mensis pars, nonæ fuerūt sic dictæ, ut Plutarchus putat,  
quod tunc Luna primum ad occasum conspicua, noua fit uel, ut  
alij tradunt, nouem ab his ad idus usq; dies numerentur. Tertio, i-  
dus ponuntur. à quibus, inuerso ordine, ad sequentis mensis calen-  
das, dies numerantur. Dies uero mensis tricesimus, quem Pollux  
Ἐνηρ, οὐ Νεοφ. vocat, is est quo Luna Solem assequitur, et trans-  
mittit. Vnde antiqua, et noua, siue extrema, et prima Luna. Latini  
uero, Interlunium dicitur. Hæc ad Latinorū, Græcorumq; men-  
sium comparationem adjicienda duximus. plura de his tradit Theo-  
dorus Gaætan in Libello De Mensibus Atticis. et Macrobius, Sa-  
turnalib. Lib. I. Cap. XV:

**H**. Μεροδρόμος est, qui toto die cursitat, uel qui cursum <sup>16</sup>  
suum die absolvit proprium est Solis epithetum, unico e-  
nim die totus circumvoluitur.

**N**on inutile fuerit, ciuilis diei diuisionem, qualis à Romanis <sup>17</sup>

uata est, subiçere. Primū diei tempus, mediæ noctis inclinatio uocatur. Deinde gallicinium, inde conticinium cum et galli conticeſcunt, et homines etiā tum quiescunt. Deinde diluculu, cum incipit dignosci dies. Inde mane, dum dies clarus. Deinde, à mane usque ad meridiem, hoc est ad medium diem. Inde iam supra, dicitur tempus occiduum. & mox, suprema tempestas, hoc est diei nouissimum tempus. sicut expressum est in Duodecim Tabulis, Solis occasus, suprema tempestas esto: Deinde Vespera, quod à Græcis tractū est ab hoc tempore, prima fax dicitur. Deinde, concubia. & inde intempeſta, quæ non habet idoneū tempus rebus gerendis. Hæc Macrobius, Cap. IIII. Saturnalib. Lib. I. Vide & Alexandrum Ab Alexandro, Genialium Dierum Lib. IIII. Cap. XX:

- 18** **E**νωλησαι, nos Tendere uerimus. Tendere enim, tentoria expandere significat apud Authores probatos ut apud Vale rium Maximum Lib. II, Ne quis eorum intra castra tenderet. & Virgilius eadem significatione ait,

Hic Dolopum manus, hic sœus tendebat Achilles:

- 19** **O**ρθογεν, ianua est, per quam ad superiorē domus partem ascēditur. Homeri Interpres, Odyss. Φ sic exponit. Θύρα ἡν, δι' ἣς εἰς τὴν βάλλαμον ἀναβίνει, ἐνθα τὰ ὄπλα ἔκειτο. ἐπειδὴ δὲ στῶς, ἐπεὶ ὑψηλότερα ἡν, ἐφ' ἣν ἡν δρῦσαι, ἢ ἀναβορεῖται.
- 20** **B**αλανοχραe, claves dicuntur, quasi βάλλανον capientes. Est autem βάλλανθ, ferrum, quo cœu obice, sera clauditur.
- 21** **N**avis fundamentum, θυσοχον dicitur quod omnem θυνη, id est materiam natis, contineat.

- 22** **T**ο δὲ τελευταῖον: Confundere hic Pollux mali partes uidetur, quæ apud alios accuratius distinguuntur. Athenaeus enim, Λειτουργοφισῶν Libro Undecimo sic inquit. Τοῦ ισδὴ τὸ μὲν κατωτάτω, τερένων καλεῖται, οὐ ἐμπίστεται εἰς τὸν λινόν. τὸ δὲ διορεῖσι μῆσα, τράχηλον, τὸ δὲ πρὸς τῶν τελείων, παρκύσιον. ἔχει δὲ τοῦτο λεράκις ἀνω συννόστασας ἐφ' ἐκάτερα τὰ μέρη. καὶ ἐπίκειται τὸ λεγόμενον ἀντῶ θώρακιον, περγάμοντι πάντι, πλάνη τῆς βάσεως, καὶ τῆς κύρυ φησι

φῦς ὁν τοι δέ πρόσυχσιν μηρὸν ἐπενθάκτεξατέρω. Εἰδί δέ τοι θεραπείας εἴς ὑψος ἀνύκνωσσα, καὶ δέξεται γεγνομένης τοι, καὶ λεγεται οὐδὲν οὐλακέσθαι. Horum uerborum sententia hæc est, Inferior mali pars, pterna vocatur, quæ in ληνῷ inseritur: mediū uero, trachelus. pars extrema, carchesium sunt autē huic utringq; cornua, sursum uergentia: et huic mali pars, θωράκιον dicta, incubit, quæ tota quadrata est. præter basim, εργατικὴ ipsa porro cornua, ferè directa planè protenduntur. Post θωράκιον uero, pars est in altum uergens, εργατικὴ, οὐλακέσθαι, vocant patet itaq; ex hoc Loco, θωράκιον, οὐλακέσθαι, et οὐρανότοις diuersas mali partes esse: quas Pollux confundit, aut potius temporum iniuria Locus hic deprauatus est.

**I**stokώτη, nauigatio est, quæ uenti, εργατικὴ remorum auxilio perficitur. 23

**K**'Αλοι, ea nautis instrumenta sunt, quibus uela remittuntur, 24  
εργατικὴ extenduntur.

**T**ρικυψίζε, procella maris est maxima uel tempestatis genus, 25.  
Τριπτή Τρικυψίζε εἰς ἐμοναφθῆνε idest, quando tres fluctus in unum copulantur. nonnulli tamen ἀποέω, idest, timeo· et λύκε, idest fluctus, compositū uolunt ut horrendam tempestatem significet, magis tamen prior significatio arridet. Quoniam etiam alibi grauiissimā maris tempestatem, θλεκυψίζε nominari comperimus. quemadmodū et Latini, Fluctum decumanū vocant.

**K**αιρός, quid nam hoc loco sibi uelit, parum constat: sunt, qui 26  
tempestatem interpretentur. ego, si modo coniecituris locus datur, cestum, seu fluxū refluxumq; maris intelligi arbitror: ut tempestatis etiam species sit, aduersus maris fluxus. non multò post enim Αὐτίεργεον εργατικὴ dicit, quod ad τὸν καρπὸν quoq; refertur.

**X**oipάδες, à porco dicuntur saxa sunt in mari, aliquantum 27  
prominentia, ut de longinquo, porco natanti similia uideantur. nos ad imitationem Græcæ dictionis, Scrophulas uertimus.

**R**εμigum, in triremi ordines tres erant. Θαλάμιοι scilicet, 28  
ζύγοι, εργατικοί. Θαλάμιοι, infirmi erant, qui inferiorem

S RODOL. GVALTH. IN LIB. I.

feriorem remorum ordinem aquæ proximū tenebant. Medijs, erant  
 ζύγιος quos quidā à Linio Socios nauales dictos putant. Supremi  
 autem omnium, θρανῖται. Vel ut alijs uolunt, et Aristophanis In-  
 terpres tradit. Θρανῖται ēs ip̄s, ὁ πρὸς τὴν πρύμναρ. Ζυγίται, ὁ  
 μέσος. Θαλάξιται, ἢ θαλάξιθ, ὁ πρὸς τὴν πρώραρ. Et sic  
 nauis, iuxta Pollucis sententiam, quam suprà posuit, in tres partes  
 iuxta longitudinem diuidetur. Primamq; quæ ad prorā est, θαλά-  
 χιος media, ζυγίται ultimam uero, iuxta puppim, θρανῖται oc-  
 cupabat. Verū cum hæc non alio certiore signo, quam cōiecturis  
 aſſequi possint idem à Lectore, quod doctissimus, et acerrimi iudi-  
 ciū Vir, Lazarus Bayfius, postulo: æquum scilicet, beneuolumq; a-  
 nimi iudicium. Sequuntur postea πληρωματα, per quæ classiarij  
 Milites intelliguntur quos et à Linio, Supplementa dici compe-  
 rimus.

**29** **V**aria fuere apud Veteres Equitum genera, \*Hypotoxota, Hippoto, iππακονίσαι, διμέχαι, et ἀμφιπποι. Apud Pollucem,  
 xītæ. uitioſe ἀνιπποι legitur. Sunt autem ἀμφιπποι, quos Latini De-  
 fultores vocarunt: qui duobus equis, ephippijs carentibus uerbi, ab  
 uno in alium, si uetus requirat, transfilunt. Eq; i ipsi, defultorijs di-  
 cuntur.

**30** **T**ύραξ, hastæ pars posterior, quæ manu tenetur uel ut alijs  
 dicunt, ἡ κέτω τοῦ δρόστος τεχθλιψ, ὁ καταπνυρύδης  
 τὴν γλῶσσαν ἀνθάστ. idest, inferior est hastæ uertebra, seu acies,  
 quam terræ infigere solent. Hæc adnotanda duximus, ne luumenes  
 dictioñis huius significations fallerentur, quoniam inter anterioris  
 cuspidis nomina à Polluce ponitur.

**31** **L**ocus Homeri est Odyß. I. ubi Cyclopis antrum Poëta de  
 scribens sic inquit. Στάνετο δὲ στροφοί  
 Ἀριῶμ, ἥδ' ἐρίφωμ· διακενριμέναι δὲ ἐκεῖσαε  
 Ἐρχατο, χωρὶς μὲν πρόγονοι, χωρὶς δὲ μέτρος  
 χωρὶς δὲ αὐτὸν ἐργασαῖς.  
 Quem locum Interpres exponens, προγόνους, id est primoge-  
 nitas, seniores vocat, et maiores natu' μετάκοστas, mediae etatis.  
 ἐργασ

Ipotes uero, τὰς νεογυὰς, καὶ ἀταλάς· id est modo innatas, ex teneras, ἀπὸ τῆς ἐγενησίας, id est rōre. Vbi notandum hoc, quod nec apud Homerum ipsum, nec Interpretem, Μεστάται, sed Μετάταιas legitur.

F I N I S.

RODOLPHI G VALTHERI, IN IVLII  
POLLVCIIS DICTIONARII LI-  
brum Secundum Annotationes.

**A** Mφιδσόμια, apud Athenienses feriae fuere, que i quinto post natum Puerum die celebrabantur. sic dictæ, quod eo die omnes, que partui interfuerat, manibus lotis, Puerum foco circumferunt curren tes, eiq; nomen indunt: Amici uero, Domestici, et Vicini, Infanti polypos, aut sepias munerum loco exhibent.

**C** Rines, Poëtis Φόβαι, Εὐσπεραι, Σμύριγγες, Εἰλίκες di- 2 cuntur. Et φόβαι quidem, ταξαὶ τὸ φοβεροὺς εἶναι τοὺς λοιμῶντας id est eo, quod terribiles sint comati. Vnde et Laconum receptus mos fuit, ne tonderentur unquam: Comā enim pulchrā, ornatōs, εἰ uenustos deformem uero, terribiles reddere. Εὐσπεραι uero, ab έθέρψῃ dictæ sunt quod comā nutrire, et comere signifi cat. Σμύριγγες autē, quasi diuisæ, aut discretæ vocātur, per pleo na sūmū ipsius σ. παραὶ τὸ μέρεως id est, diuido. in partes enim mul tas, εἰ tenues, coma diuisa est. Sed εἰλίκες, proprie capilli crissip sunt. ἀπὸ τοῦ εἰλίσω, id est, uerto, uoluo, uel torqueo. Vnde εἰ fumi circumuolutiones, εἰλίκες nominantur.

**B** οσρυχ, ut Phauorinus inquit, cincinnus est Βοτρυοει- 3 δις, id est botro similis sic dictus, quod botri instar depe deat. A nonnullis autem plexi Mulierū crines, Βοσρυχοι dicuntur. Est ex hinc uerbum Βοσρυχίω, quod comam alo, εἰ como si gnificat.

**V** Aria fuere apud Veteres tondendi genera. Et λινῶς qui- 4 dem fuit, que in frontis ornamentum siebat. Scaphiū, cum B quis

quis totus ad cutim usq; radebatur. Procotta, qua fronte tondebatur. quam Arabes, Abantes, & Mysij obtinuerunt, ne ab hostibus capillis trahi possent: quem morem & Curetes postea, cum ab hostibus coma præhenderetur, receperunt. Peritrochaleto uero, tonsura rotunda est, caput ambiens. Penitimos, à luctu, seu lugubris dicta uidetur. Veteribus enim usitatum fuisse nouimus, ut luctus tempore tonderentur: quemadmodum Argivi fecisse feruntur, qui à Lacedæmonijs uicti, amissis Tirijs, deplorandæ calamitatis causa capillos totonderunt: uouentes se non resumpturos, nisi Tyrias receperissent. quod & Milesij, à Crotoniatis direpta Sybari, fecerunt. Hec torea autem coma, nimirum pro crista, & luxuriantे ponitur: talis enim Hector fuisse, à Darete Phrygio scribitur. Ploch mi uero, Virorum cincinni sunt, auro & argento intertexti: solebant enim fucato capillo, cum ramentis aureis uti: Et Athenienses, cicadas aureas capillis innectebant. Coma porro fictitia, cuius hic Pollux meminit, plurimus usus fuit: etiam Virorum, cuius Phauornis partes facit tres: εὐτριχος scilicet, προκέμενος, καὶ πλεύνης. Tali Hannibalem, in Italiam exercitum ducentem, saepè usum fuisse constat, ut à Gallorum perfidia sese vindicaret.

**5** *E*phori, apud Lacedæmonios fuere: quales apud Romanos, Tribuni plebis: Sicut enim ad Consulum potentiam comprehendendam, Romana plebs Tribunos: sic ad Regum Spartanorum insolentiam reprimendam, Lacedæmonij Ephoros creauerunt: Hierogios mores, familium, uitam deniq; omnem obseruantes, Rege quoque foris militante, domi publicarum rerum omnium curam gerebant: primus hos Theropomphus Spartanorum Rex instituit: postea autem hos Cleomenes, cum crudelius dominantes tyrannidem, nō in Reges modò, sed & rem publicam exercerent, sustulit & restituta Regi potestate, eos de gradu deiecit.

**6** *E*rwōtides, εἰσὶ τὰ ἔκτατα, οὐδὲν πρώτας ἐξέχοντα γύλας. Id est, epotides, sunt trabes ab uirraq; proræ parte prominentes: Lazarus Bayfius dicit, Esse proræ partem eam, quæ utrinque stat ad latus rostris: meminit huius Thucydides, Καὶ τὰς ἐπωτίδας.

*δας ἐπέθεσαν ταῖς πρώταις παχέας, ὡς ἐπὶ έπι πύξει: id est, Epotides imposuere proris grandes, utpote cubitorum sexaginta: Sunt autem nimirum hæc proræ ligna, quæ superius Lib. I à Polluce rægesæ, καὶ πρέπει vocata sunt.*

**I**’ Oulos, uermiculi genus est multipes, uites maximè per eas serpendo infestans Latini Conuoluolum, à conuoluendo uocant. Plautus, Inuoluolum Columella, Inuoluolum nominauit. Hinc etiam prima genarum lanugo, λουλοῦ à Græcis dicitur quod instar conuoluoli, per malas serpendo, sese conuoluat. eodem nomine, εγ pomorum lanugo appellatur.

**T**ereus, Thraciae Princeps, Procnem Pandionis Filium, Vxo rem habuit. quæ cum Sororem Philomelam uidendi studio teneretur, à Viro Tereo, ut eam ab Athenis uocaret, impetravit. Hic Virgine uisa, impio in hanc amore incensus, Procnæ Vxoris desiderium exponens, à Patre, ut sibi in Thraciam deducenda cederetur, postulauit Pandion uero, Pater tam Terei, quam ipsius Philomelæ, quæ idem cupiebat, precibus uictus, eam Tereo commendatam dimisit. Hic præda potitus, ab Athenis soluens, ubi in Thraciam peruenit, perductæ in semotam syluam Philomelæ per uim stuprū intulit. Cumq; illa se euulgaturā facinus minaretur, linquam abstulit, mutamq; reliquit. Hæc uero telam parans, facinus hoc carmine descriptum ad Procnem Sororem misit. quæ in Orgijs, Bacchadum ornata apparatu, Philomelam quæ sitam inuenit, domum dedit. Itim Filium, uindictæ cupidine flagrans, mactat, mactatum coquit, coctum Patri Tereo comedendum proponit. εγ Philomela, Pueri caput in ora Parentis projicit. Hic uero cum stricto ense utrasq; insequitur, in upupa mutatus est. Philomela autem, lusciniae Procnæ, hirundinis formam assumpsit. uide Ouidium, Libro Sexto Metamorphoseon.

F I N I S.

B 2

R O D O L -

12 RODOL. GVALTH. IN LIB. III.  
 RODOLPHI G VALTHERI IN IVLII  
 POLLVCIS DICTIONARII LI-  
 brum Tertium Annotationes.

**A**νακαλυπτύρια, apud Veteres erant munera, ne  
 uae Sponsæ allata. dicta ἀπότοῦ ἀνακαλύπτειν,  
 id est à reuelando. quoniā huiusmodi dona eo die,  
 quo Sponsa reueabatur ab Amicis, Domesticis,  
 & ipsi Sponso conferebantur. Quæ eadem ab  
 ὅπλοισι, id est video, ὁπλύρια. et à προσφέγγομαι, id est, allo-  
 quor, προσφεύγοντά τις vocantur. Quantis sint, qui προσ-  
 φέγγητά τις eadē, quæ διαπαρθένια, id est ea, quæ pro ablata  
 virginitate dabantur, esse putent. dicuntur eadem, et Ἐπωάλια, et  
 Θεωρεῖται. uide Cælium Libro X I, Cap. L X. & Lib. X V.  
 Cap. X VIII, & X X I I I.

**T**έλεος matrimonium dicebatur, ὡς τελῶν πρὸς τὸν βίον  
 τὸν ἀνθρωπον. Et Télesθ-Iupiter, qui in nuptijs cultus,  
 matrimonij curam gerebat. Sic & Iuno, τέλεια. Télesθ quodq;  
 ut Budæus iu Commentarijs docet, apud Plutarchum legitur pro  
 eo, qui Vxorem habet. Sunt & τροπέλεοι ἐνχάκι, preces, quæ an-  
 te nuptias cum sacrificiorum oblationibus peragebantur.

**H**oc loco non ὄντησύρια, sed ὄντησηα legendum esse uide  
 tur. quod tam ex ipso Polluce quam Athenæo, Lib. V I col-  
 ligi potest. Pollux enim infra Lib. V I, hanc uini in Pueros distri-  
 butiōnem, οἰνίσπια vocat. Et Athenæus, Lib. X I sic inquit. Οἱ  
 μέλλοντες ἀποκέρδην τὸ μικαλὸν, φησὶ Γάμφιλος, εἰσφέρεσσ  
 τῷ Ἡρακλῇ μὲν τωτύριον, πληρώσαντες ὄνου. οὐ καλέστηρ  
 ὄντησηα, Κατέστατες τοῖς σωτειλθσι, θεόσι πάντι. Vo-  
 lentes comam detondere, inquit Pamphilus, magnum poculum in  
 Herculis templum inferunt, uino repletū. quod ὄντησηα vocat,  
 et prolibantes potum, conuenientibus exhibit. Hinc apparet, οἰ-  
 νισηα non uini distributionem, sed poculi genus esse. Et proin-  
 de hoc loco οἰνίσηα legendū erit, ut ipse Pollux Lib. V I uocat.

**Q**uales apud Lacedæmonios lutes fuerint, uide Athenæum  
 Dipno.

Diphysophistarum Libro Decimoquarto Tradit autem abiectissimum fuisse seruorum genus, & summa iniuria, grauiſſimisq; laborebus à Dominis afflictū ita ut quotannis definitis quibusdam plagiis, etiam immerito cæderentur, ne scilicet seruire dedicerent. me minit eorundem & Aristoteles, I I Politicorum: Athenæus porro Lib. V I, omnium eorum, qui hic à Polluce citantur, mentionem facit. Theſſali autem, Penestas uocarunt, quibus natales ingenui erant, sed bello capti seruebant. Sed Apud Cretenses, secundum Athenæum, quatuor seruorum genera extitere urbani scilicet, quos Χερωνύτες agrestes, quos αμφαριώτες, indigenas quidem, sed iure belli in seruitutem redactos. Serui nobiliores, quos μυῶτες & quartum genus, quos à sorte, qui de illis dabatur, clarotas uocarunt. De reliquis, qui hic numerantur, uide ipsum Athenæum, & Cælium:

**E**p̄avishs quidem, & ἀγέρθη, à colligendo, & conferendo 5 dicta sunt in huius autem Capitis Titulum referri non possunt. Ep̄avishs enim, Teste Athenæo Lib. V I I I, est, qui in ἐπαρ-  
οψ, quod coniuij genus est, ubi singuli sua symbola conferunt,  
cum reliquis conuenit. Ayḡeths autem, ut Budæus ex Platone do-  
cet, est, qui religionis praetextu & nomine, stipem corrogat ostia-  
tim, & circa sacrificia mendicat quales hodie sunt, qui Diuæ Ma-  
riæ, Sancto Rochio, Sebastiano, & Antonio, reliquisq; Diuis sti-  
pem corrogant unde autem plus lucri cenopolis datur, quam Di-  
uis, & pio Dei cultui infames fuerunt apud Veteres, ut apud Cice-  
ronem uidere licet, qui uerba Duodecim Tabularū citans, hos sub-  
latos esse tradit, præter paucos Ideæ Matriſ Famulos im-  
plent enim, inquit, superstitione animos, &  
exhauiunt domos.

F I N I S.

B 3

RODOL-

14 RODOL. GVALTH. IN LIB. IIII.  
 RODOLPHI GVALTHERI IN IULII  
 POLLVCIS DICTIONARII LI-  
 brum Quartum Annotationes.



Andem facit cum Politica Rheticam Pollux, quas inter se distinguit Aristoteles · Rheticorum enim Libro I de Argumentis rhetoricos loquens, sic scribit · Επεὶ δὲ ἀπίστεις διὰ τόταρεῖστι, φανερὸν, ὅτι τρία ταῦτα εἰσὶ λαβέμενον τὸ συλλογίσαθαι μηνακτίου, καὶ τὸ θεωρῆσαι πόθι τὰ ἄλλα καὶ τὰς αὔξεντας · Εἰ τρίτου, τὸ πόθι τὰ πάθη, τίτις ἐποιεῖται τῷ παθῶν, καὶ ποιῶν τι, καὶ εἰ τίναρε γεγίνεται, καὶ τῶν οὐσιών τὴν ῥήτορικὴν, διορθωταρεῖται τὸ πάθη μετεπιτίκης εποιεῖται, Εἰ τῆς πόθι τὰ πάθη τρέχυμα τετταῖς, ἢν δίκαιον εἴτε προσαγορένειρ πολιτεύεται : id est, Cum itaque fides ex his fiat, tria hæc capienda esse putet · ut scilicet ratiocinandi ad sit facultas, et considerandi mores et virtutes, tertiumq; de affectibus . quid singulari sint, quale quid, ex quibus, et quomodo Vnde colligitur, Rheticam, quasi germen quoddam esse Dialecticas · et eius quæ circa affectus est tractationis, quam nō immerito Politicam nominauerimus · Rheticæ ergo, non eadem cum Politica, sed eius propaganda est · Fortassis autem à Polluce Politica vocatur, quia in Republica eius frequentissimus est usus.

2  **Ημοκόποι** erant, qui popularitatis, amoris, et pietatis prætextu, reipublicæ fucum faciebant: legibus agrarijs, munizibus publicis, spectaculis, et epulis non unquam Populi fauore de merendo interim nō aliud, quam rerum summam, et reipublicæ suam dignitatē sibi uendicare conantes . ijdem ferè existentes, qui Αημαχεγοι · nisi quod hi concionibus fucatis potius, quam officijs, Populi fauore uenabantur · Huiusmodi autem popularis sedatio, Αημοκόπια appellatur, et οὐλονοτια: uide Budæi Commentaria:

3  **Φοντισαῖ**, ut Aristophanis Interpres tradit, ἐνθελλεύτῳ πόθι τὸ Σωκράτην, διὰ τὸ μακάρεω τοῦτο τὸν φερε-

φροντίδθι: id est, φροντίσαι, vocabuntur Socratis Discipuli, & Familiares eo, quod à φροντίδi nūquā cessarent. Φροντίς autem, commentarym propriè significat, & elaboratam aliquam de rebus dubijs considerationem. Vnde λόγος ποθεφροντίσμενός, pro meditata, & diligentī cura elaborata oratione dicitur. Et quia elaboratis huiusmodi commentarybus, & orationibus præ meditatis, Sophistæ, & Philosophi imprimis uacarent. uulgari nomine utrique, φροντίσαι. & illorum scholæ, φροντίσης dicta sunt.

**I** Thyphallica carmina fuerunt, quæ Ithyphalli in sacris Bacchi 4 decantabant: quorum Athenæus Lib. XIIII sic meminit, δέ ιθύφαλλοι προσωπεῖοι μεθύντωι ἔχοντι, καὶ εἰς φάνων τουχεῖσθαις αὐθινᾶς ἔχονταις. χιτῶνι δὲ χρῶνται μεσολόβικοις, καὶ ποδέσιον τοις Ταρεωτίνιοι κάλυπτοις αὐτὸς μέχει τῶν σφυρῶν. στῦν δὲ διὰ τοῦ τυλῶν θεοτόκοντας, ὅταν καὶ τὰ μεσυμπτήρα ὁρχύστραι γένωνται, ἐπιστρέφονται τῷ Θεῷ. εἴδετοι δὲ οὐτε Ανάγκη, δέρυχωρίαν ποιήτε τῷ Θεῷ. εἴδετοι δὲ οὐδὲς ὄρθος, εσφυρωμένος διὰ μέσος βαδίζει: id est, Ithyphalli porro, cibiorum larvam gerunt, et coronantur manicas habentes floridas tunicisq; semialbis utuntur, et subtili ad talos usq; teguntur amiculo. cum silentio autem per porticum ingressi, ubi in medium peruenere salutationem, ad theatrum se conuertunt, dicentes: Recedite, Deo locum date: uult enim Deus rectus, sublimisq; per medium incedere: Parcēnia autem uidentur, quæ a potatoribus, uel in chorea, quam parcenion vocant, canebantur, cuius mentionem facit Athenæus, Loco supradictato. Σχόλια, coniuncta fuerunt carmina: uide Athenæum, Libro Decimo. Εὐ-βατύγεια μέλη, Laconum fuerunt: quæ etiam ἐνόπλαι dicta sunt: Lacones enim, in bellis Tyrtæi carmina decantantes, concinno corporis motu, & gressus imitatione iisdem respondent. Quæ uero à Polluce inter carmina numerantur leges, uidentur eadem esse, de quibus Athenæus scribit: Ηδονος δὲ Αθύνοι ηχαράνθη θέμα, ταργεῖον: id est, Canebantur Athenis inter compo-

cōpotationes Charondæ Leges ut tradit Hermippus, in Sexto De Legislatoribus: Iulus, Cereris Carmen est & eorum, qui lanificum tractant Vſpingus, autem Diana. De his omnibus autem, immo & alijs Veterum cantilenis, & saltationibus, vide Athenæum Libro Decimoquarto:

**D**Esyringis inuentione, vide Ouidium Lib. I Metamorphoseon. Nympha fuit à Pane adamata, quæ cum ab amatore fugaretur, ad Ladonem annem fuga perueniens, cum fluvio se impeditam cerneret, precibus à Nymphis impetravit, ut se mutaret statimq; in calatum palustrem transformata est. Et ut Ouidius inquit,

Panaq; cum prænsam sibi iam Syringa putaret,  
Corpore pro Nymphæ calamos tenuisse palustres.  
Dumq; ibi suspirat, motos in arundine uentos  
Effecisse sonum tenuem, similemq; querenti.  
Arte noua, uocisq; Deum dulcedine captum,  
Hoc mihi consilium tecum dixisse manebit.  
Atq; ita disparibus calamis, compagine ceræ  
Inter se iunctis, nomen tenuisse Puellæ:

**Z**YX πέντε, ἐκ τριῶν σοῖχοι τρεῖς, ἐκ τετραῦ: Ut hunc Pollucis Locū exactius intelligamus, ea quæ Libro Primo De aciei instructione dicuntur, repetenda sunt: ubi sic inquit, Καὶ τὸ μὲν ἐφεξῆς ἐπιναι κατὰ μηκόν, ζυγεῖν· τὸ δὲ ἐφεξῆς κατὰ βάθον, σούχεῖν: id est, Ordine quidem secundū aciei longitudinem consistere, ζυγεῖν secundum aciei uero profunditatem stare, σούχεῖν dicitur. Sunt itaq; in Tragico Choro iuga quinq;, singula tres continentia personas: quæ necessariò efficiunt ordines tres, quinque personis singulos constantes, ut in figura hac apparer.

ζυγέων

ꝝꝝꝝꝝ

ꝝꝝꝝꝝ

.	.	.
.	.	.
.	.	.
.	.	.
.	.	.



.	.	.
.	.	.
.	.	.
.	.	.
.	.	.



ꝝꝝꝝꝝ

ꝝꝝꝝꝝ

Chorus Tragicus, per-  
sonas habet **X V.**

Chorus Comicus, per-  
sonas habet **X IIII.**

F I N I S.

RODOLPHI GVALTHERI, IN IVLII  
POLLVCIIS DICTIONARII LI-  
brum Quintum Annotationes.

**M**opiae, oleæ dictæ sunt, quas sacras proprie uoca- 1  
mus: sic uocatae, ut nonnulli tradunt, quod Halir-  
rhothius Neptuni Filius, paterna æmulatione,  
quod Minerua ob oleam creatam Athenis nomen  
indidisset, ductus, sacras Mineruae oleas dum leua-  
ta iam bipenni excindere conatur, ab ijs ictu aberrans, seq; ipso  
percusso, perijt. alij à nō rō μέρη, id est à parte, dictas uolunt  
eo, quod singuli olearum possesores, aliquam de illis partem in Pan-  
athenæis sacris exhibere oportebat.

**D**E Cephalì cane, uide Ouidium Libro VI Transforma- 2  
tionum. Variat à Polluce, quod à Diana, non à Minoë Pro-  
cridi canem hunc datum tradit. nomen fuit Lælapis. Hic cum uul-  
pem Teumefiam, quæ cursu invincibilis erat, ipse quem cursu à ne-  
mine superari licebat, insequeretur in lapidem simul cum uulpe mu-  
tatus est, ut Ouidius testatur hisce uerbis,

C

Et me.

Et medio, mirum, duo marmora, campo  
Aspicio. fugere hoc, illud latrare putares.  
Scilicet iniuctos ambo certamine cursus  
Esse Deus uoluit, si quis Deus affuit illis:

Apud tuncdem quoque Nasonem Metamorphoseon Lib. IIII, Aetoeonis canum nomina plura. & alia, quam hic ex Aeschylo à Polluce citentur, innues.

**3** **A**pktoVesp, & agtob'edou, apud Athenienses, Virgines dicebantur quæ ante nuptias initiebantur Dianæ, et sacra peragunt. Hinc uoce ducta, quod Dianæ iram, quam ob ursam occisum conceperat, non ante cessaturam Vates responderant, quam Virgines iam nuptiæ ante nuptias, Dianæ consecrarentur.

**4** **V**Rsæ inter sidera, sunt minor, & maior. & hæc quidem, à Græcis Helice illa, Cynosura dicitur. quarum altera, nauigantes Sidonij alteram, Græci obseruant. ut Ouidius in Fastis testatur, hisce uerbis.

Esse duas arctos. quarum Cynosura, uocatur  
Sidonij's Helicen, Graia carina notat.

In maiorem hanc ursam Callisto Diana Nympha eo, quod ex Ioue concepisset, à Lunone mutata est, quam postea Jupiter inter astra locauit luno uero, pellicem astra tenere uidens, ab Oceano, ne mari intingeretur, petiit uide Ouidium Libro I Metamorphoseon:

**5** **A**nimalium, animalq; uoces, quomodo à Græcis uocentur, Pollux tradit. Latinorum autem uocabula, in eleganti Carmine De Philomela, quod à nonnullis Ouidio tribuitur, descripta sunt. quod cum nec iniucundum lectu, & huic rei maxime commode sit, hoc totum ascribere placuit estq; huiusmodi,

Dulcis amica ueni, noctis solatia præstans,  
Inter aves etenim nulla tibi similis.  
Tl. Philomela potes uocum discrimina mille,  
Mille potes uarios ipsa referre modos.

Nam

Nam quamvis aliæ uolucres modulamina tentent,

Nulla potest modulis æquivalere tuis.

Insuper est auium, spacijs garrire diurnis,

Tu cantare simul nocte dieq; potes.

Parus enim quamvis per noctem tinninet omnem,

At sua uox nulli iure placere potest.

Dulce Palara sonat, quam dicunt nomine Drostam,

Sed fugiente die, nempe quieta filet.

Merulus et modulans tam pulchris concinit odis,

Nocte ruente tamen, carmina nulla canit.

Vere calente nouos componit Acredula cantus,

Matutinali tempore tunc mitilans.

Dum Turnus trilitat, Sturnus tunc pisitat ore.

Sed quod mane canunt, uespere non recolunt.

Cacabat hinc Perdix, hinc gratitat improbus Anser,

Et castus Turtur, atq; Columba gemunt.

Plausitat arborea clamans de fronde Palumbes,

In fluijsq; natans sorte tetrinit Anas.

Grus gruit, inq; glomis Cycni prope flumina drensant.

Accipiter pipat, Miluus hiansq; lipit.

Cucurrire solet Gallus, Gallina gracillat,

Pupillat Pavo, trinflat Hirundo uaga.

Dum clangunt Aquilæ, Vultur pulpare probatur,

Et crocitat Coruus, Graculus at frigulat.

Clotorat immenso de turre Ciconia rostro,

Pessimus at Passer tristia flendo pipit.

Psittacus humanas depromit uoce loquelas,

Atque suo Domino xæipe, ualeq; sonat.

Pica loquax uarias modulatur guiture voces,

Scurriliter strepitu quicquid et audit, ait.

Et Cuculi cuculant, fritinit rauca Cicada.

Bombilat ore legens munera mellis Apis.

Bubulat horrendum ferali carmine Bubo,  
 Humano generi tristia fata ferens.  
**S**trix nocturna ferens, & Vespertilio stridunt.  
 Noctua lucifuga cucubat in tenebris.  
**A**st ululant Vlulæ, lugubri uoce canentes.  
 Inq; paludiferis Butio bubit aquis.  
**R**egulus, atq; Merops, & rubro pectore Procne,  
 Consimili modulo & in simillimæ scidunt.  
**S**cribere me uoces avium Philomela coegerit,  
 Quæ cantu cunctas exuperat uolucres.  
**S**ed iam quadrupedum fari discrimina uocum,  
 Nemine cogente, nunc ego sponte sequar.  
**T**igrides indomitæ rancant, ruguntq; Leones.  
 Panther caurit amans, Pardus hiando felit.  
**D**um Lynxes orcando tremunt, Ursus ferus uncat.  
 Ast Lupus ipse ululat, frendet agrestis Aper.  
**E**t Barrus barrit, Cerui gloticant, & Onagri.  
 Ast Taurus mugit, & celer hinnit Equus.  
**Q**uirritat Verres, Tardus rudit, oncat Asellus.  
 Blacterat hinc Aries, & pia balat Ovis.  
**S**ordida Sus pascens ruris per gramina grunnit,  
 At mutire Capris Hirce petulce soles.  
**R**ite Canis latrat, fallax Vulpecula gannit.  
 Glaucitat & Catulus, at Lepores uagiunt.  
**M**us auidus mintrat, uelox Mustellaq; dintrit.  
 Et Grillus grillat, desticat inde Sorex.  
**E**cce uenenosus serpendo sibilat Anguis.  
 Garrula limosis Rana coaxat aquis.  
**H**as uolucrum uoces descripsi, quadrupedumq;  
 Quas Natura illis grata Parens tribuit.  
**S**ed cunctas species animantium nemo notauit,  
 Atq; sonos, ideo dicere quis potuit?

Cunctæ

Cuncta suo Domino deponunt munera laudum,

Seu semper silent, sive sonare queant:

**P**ropter triplex, coniunctiorē dicitur de aliquo homine, qui in  
tre quapiam in honeste nimis & diutius uersatur, et tritus est.  
Quemadmodum Demosthenes Aeschinem, τριπλα της ἀ-  
γοᾶς uocat rabulam forensem diu, & lucri causa in foro uer-  
sum, & inter uulgi fecem tritum significare uolens.

**O**mnibus, Furiæ quædā fuere, à quibus malefici suspende-  
bantur: sic dictæ ἀτὸ τὸ ὄξεα τῷ θυμῷ χρῆσται. uel  
ut alij interpretantur, fordes, & ædium purgamina sunt, quæ in tri-  
uia exportari solebant ut tradit Phauorinus, Hecatei Locum, idem  
innuentem citans.

F I N I S.

RODOLPHI G VALTHERI, IN IVLII  
POLLV CIS DICTIONARII LI-  
brum Sextum Annotationes.

**V**ix fuerunt apud Veteres conniutorū species, ut uidere est apud Athenæum Lib. V I I I . Ειλα  
πίνη uero, & Έρων etiam Homerus Odyss. A  
meminit: quem Athenæus Libro Octavo expo-  
nit, & Έρων δὲ εἰναι φησι, τὰς ἀτὸ τῶν συμ-  
βαλλομένων ἀστυγάσεων, ἀτὸ τὸ συνεργόν, καὶ συμφέρει-  
τερον: Coniinia enim sunt multorum, qui sumptus communes  
conferunt: cum quibus & βύσσοι idem sunt, quemadmodum &  
Athenæus, & Phauorinus testantur. Ειλα πίνη uero, cōniinia fue-  
re, magnifice & splendide structa ἐκ τῷ λάθτει, καὶ πίνει δι-  
cta. Θόρη uero, coniinium est, quod in sacris fit ἀτὸ Τοῦ θεοῦ, καὶ  
δίνει: In sacrificijs enim plurimo uino utebatur, de hoc Athenæus,  
Lib. I I : Coniinia quoque fuere publica, quorum nonnulla in sacris  
Deorū, nōnulla in funere, alia liberalitatis causa institui solebant.  
Θαλέας, sacra cōniinia fuisse, Loco suprà citato docet Athenæus.  
de εὐωχίᾳ uero, Lib. V I I I sic scribit, Τὰς δὲ εὐωχίας ἐκάλησεν,

C 3 οὐκ

περὶ πότης ὁχῆς, οὐδὲν δὲ τροφή· ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ γένους ταύτης  
ἔχει. εἰς δὲ σῶμα σωμάτων, οὐ ποτὲ θεῖον τιμῶντες, οὐ δὲ εὐφρό-  
στῶν, οὐ ἄντεστρα αὐτὸς μεθίετες, ποτὲ λίπον, μέθυντος δὲ τοῦ  
πλωροπάχυνος Θεού, Μεθυμνᾶμον, οὐ λυαῖον, οὐ Εὔτοιον, οὐ τίκτοιον  
προστηγόροντος· Id est, Εὐωχίας uero, non ab ὁχῆς, quod cibū si-  
gnificat, sed ab τῷ ἔχει· id est bene habedo, in quas conuenientes,  
in Dei cultū bilares, et iocabundi, potū quidē, μέθυντο hunc uero lar-  
gientē Deū, Methymnāū, Lyæū, Euium, et Leium uocabāt: Deos  
enim hisce conuiuijs interesse, pro certo credebatur. Αἴμασθονία  
uero, cōuiuia publica in Populi fauore demerendū instructa uiden-  
tur quæ à Latinis, Epulæ populares, et uiscerationes dicuntur.

**A** Vuptæxni, edulium fuit Barbaricum ex porro, cardamo,  
et mali Punici granis confectum.

**D** istinguit hic Cestreum pīscem, à plotis Pollux cum tamen  
apud multos alios Scriptores unum eundemq; pīscem, diuer-  
so nomine appellatum inueniamus. et imprimis apud Athenæum,  
Dipnosophistarum Libro VII, ubi sic ait· Καλλύνται δὲ οἱ λευκῆις  
τῶν τινῶν, πλῶτοι· Id est, Vocantur à nonnullis cestrei, plo-  
tes. Autoresq; citat, Polemonem, et Epicharmum. Cestreum  
autem, Theodorus Gaζa Mugilem uertit. Vide Aristotelem, De  
Animalibus. et Prouerbium, Cestreus ieunat:

**P** eρίκομμα, proprie circumcisum sonat. et teste Budæo  
ea sunt, quæ coctæ à carnibus circumidentes, auferunt.  
Apud Athenæum autem, Libro IIII, inter Arcadici conuiuij fer-  
cula recensetur ut, Εἶτα δὲ εἰς λειοὺς γωμὸς, καὶ τερίκομμα:

**N** astus, panis solidus est, melle, uuis passis, et alijs aroma-  
tis confectus· alij, placentam esse testantur. meminit hu-  
ius Athenæus, Libro III, et XIIIII. ubi sic inquit, Νάσθι, εἴ-  
σθι· πλακόντες έχου τερδού λαρυκίας: quo loco et Amylum,  
inter placentarum species numerat.

**A** Thenæus Libro III inquit, Ὑγεια δὲ καλεῖται ή θεο-  
μένη γι ταῖς θυσίαις μάζαι, ἵνα ἀρχήν θύσων τοι· Id est,  
Hygea, dicitur mola, quæ in sacrī degustanda exhibetur:

KOTU

**K**οτυλίτηρ, Athenaeus Libro XIIII ait, placentam esse, 7  
confectam ex tercia chœnicis parte. Idem eodem loco de  
Phthœde loquens, inquit: οὐ δὲ φθοῖς στω γίνεται, τυρὸρεκπιέ-  
σσες τρίβεται, καὶ εμβαλῶνται κατηγορίαι μήδεια. εἰτα  
ἐπιβαλλεται μέλι, καὶ στελιγνύεται πάμπαν, καὶ συμμάλαξεται  
ἔντονος. Id est, Phthœs porrò conficitur ad hunc modum, caseum ex-  
pressum contere, et cribro æneo immisum colat deinde mel addere,  
et feligni heminam, eaque simul commiscetur:

**A**thenaeus Libro X sic inquit, Ἀριστοφάνης ὁ Γραμματεὺς 8  
χειρός, καὶ τῷ ἀπονίταδοι. τοῦτο γάρ τοῖς ταλαιποῖς τὸ μὲν  
πρὸ αρίστης καὶ δέπινος λέγεται τῷ χειρός. τὸ δὲ μέτα τοῦτο,  
ἀπονίταδοι. Id est, Aristophanes Grammaticus eos deludit, qui  
differentiam τοῦτο χειρός, et τῷ απονίταδοι ignorabant.  
apud Veteres etenim ante prandium, cœnam uel lauare, κατὰ χει-  
ρός post cœnam uero, απονίταδοι vocauerunt: notandum autem,  
quod idem mox subdit, quod nonnunquam etiam de lotione post ci-  
bum facta, κατὰ χειρός dixerint quo titulo et Pollux hic, utrumque  
complecti uidetur.

**P**ιάλιν λεπασιλιν describit Lib. XI Atheneus, ad hunc mo-  
dum. Τέλος τὸ ποτήριον ὀνομάζεται, ἐπειδὴ τῶν εἰς τὰς μίθας,  
οὐ τὰς ἀστολὰς πρᾶλας ἀναλισκόντων, τὸς λαφύντας πελῶμεν,  
κύλικος δὲ ποτηρία γάλακτος. Id est, Poculum hoc ab ijs denominata  
est, qui multa in uinū, et gulā insimunt, quos proprie λαφύντας  
uocamus, magni autem erant calices: A Paphijs autem poculum,  
μεσὸς dictum est. Carchesium, ut Atheneus describit, poculum  
est prælongum, in medio contractum, anfas habens ad fundū usq[ue] demissas: et nimirum ab extendendo nomen sumpfit. Omnia  
uero uetusissimum esse adeo, ut et Iupiter Alcmenæ id, pro con-  
cubitu dono dederit, tradit Pherecydes: Asclepiades autem, A ma-  
li parte carchesium denominatum esse autem. Est uero νερονήσιον  
dictum eo, quod asperitatem λεγχροδοῦ, id est mili grana re-  
ferentem, habeat. et literarū enallage, et scilicet in α hic facta est.

Fit

Fit porro hic doni poculi mentio, an autem Dini legendum sit, dubitatur. Dini enim poculi, idem Athenaeus meminit. De reliquis autem poculorū, quæ hic numerantur, speciebus uide Athenaeum toto Libro Undecimo, qui haec tractat quam copiosissime.

10 **A**πετόρια, popularia quædam apud Athenienses festa fuerunt, per quatuor dies continuos celebrata: quorum primus, οἰωνία: secundus, ἀράγοντος: tertius, κρητώνις: postremus, ἐπιβολαι vocabatur. uide de his Suidam:

11 **Δ**ais, ut Athenaeus Libro Primo docet, ἀπὸ τοῦ δαιτεῖδος denominatur: quoniam in his non carnium modo, sed etiuniæ æquales portiones diuidebantur. Vnde et coquim, δαιτρῷ uocarunt eo, quod æqualem singulis partem diuideleret. Quare et Homerus δαιτρε, semper εἰσηγοει.

12 **G**ryphus quid sit, multis describit Athenaeus Lib. X, et species eiusdem septem enumerat.

13 **P**ανθεφορα, Cratinus Perlucubrante vocauit, secundum Veteres: qui noctem, ἐν φρόντι uocauerunt, παρὰ τὸ ἐνφροντι, id est à bene sapiendo. Nocte enim animi cupiditatibus se datis, et mente composita, optima consilia dari, uetus quoque Pœmnia testatur. In nocte consilium:

F I N I S.

**RODOLPHI GVALTHERI, IN IVLII  
POLLYCIS DICTIONARII LI-  
BRUM OCTAUUM ANNOTATIONES.**



Podiūgeōix, præiudicium quoddam erat causarum capitalium, et trimestre tempus, quo ij qui aliquem de cæde commissa in iudiciū agebant, in Prytanec permanebant: interimq; Iudices ante certi et constituti iudicij diem utrorumq; causas, testes, si-

gnæ que examinabant.

Εκρ.

**P**roprietatis, proprie exhibitio est eius, pro quo fideiussor in iudicio promittendo intercessit hic autem pro drachma sumitur, quæ à iudicium subituriis in apparitorum mercedem solvebatur. Astabant enim iudicij apparitores, qui reos in iudicium stebant. plura autem huius vocabuli significata, uide apud Budæū, in Commentarijs:

**Y**ευθύλητέας δίκη, λατηγορία ἡ τοικλητήρος 3 κληθύληται εψόντων. Id est, Falsæ uocationis actio, accusatio est contra præconem, uel apparitorem, qui in iudicium nocandum non vocauit. Et ob id qui uocatus esse falso dicitur, deferti uadimonij reus fit.

**A**ποτυμπάνιζει, est tympanis, ac fidiculis extendere. 4 Tympanum enim, lignum erat, quo nocentes cædebantur extensi: proprie autem, σκυτάλῳ uocant. hoc autem supplicio olim hostes sustollebant, donec gladij usus receptus est.

**T**έρτεστέριζον, lignum carceris sic nominatum: quod foras mina habeat quinq; quibus manus, pedes caputq; inseruntur. **I**udicium Scyrium, de severo, & rigido, dici testatur Pollux. 6 Erasmus autem, in Chiliadibus, Scyrium principatum, pro frigido & tenui exponit: ex Suida tamen illud idem de Theseo interpretatus, pro seuo, & crudeli ponit. quæ tamen omnia, cum nostro illo Pollucis iudicio non conueniunt. Nos Scyrium iudicium, Lectoris æqui iudicio relinquimus, cum uix certi aliquid hic conferri posset.

**A**ρμοσæ, apud Lacedæmonios Magistratus erat: quos nos, 7 secundum Budæum, prouinciarum Constitutores nomine re poterimus. erant enim præfecti urbibus, Lacedæmoniorum distinctioni subiectis: sicq; dicti, quod subditorum mores, Laconum legibus conformarent. Athenienses quoq; olim A'ρμοσηρæs uocauerunt eos, qui moribus præfecti erant: quales apud Romanos, Censores extitere.

**H**armodius, & Aristogiton, Athenienses fuerunt, qui Pisi- 8 stridarum tyrannidem sustulerunt: & ob id beneficij,   
D animæ

annui illis honores constituti sunt, & funeralia sacra, quem belli Imperatorem administrare oportebat. canebatur in illorum honorem carmen, cuius initium erat, Φίλτατε Αρμόδιε, δη που τίβην τας. Vnde & Harmodij cantilena, pro tristi, & lugubri, Prouerbio dici consuevit.

**N**πυραφᾶς sunt, qui pecuniarum, in usum Principis coeterarum curam gerunt omniaque ea, quae aut Questores, aut alij Principis Ministri exposuerint, transscribunt ut cum ratio danda sit, officiorum ratio cum illorum scriptis conueniat. Cicero in Oratione Pro Lege Agraria, Custodes vocat. Sunt tales hodie apud Gallos, quos illi Contrarotulatores: Duplices autem sunt, administrationis scilicet domesticæ ἀντιγραφᾶς & publicæ, vel magistratus. Nos secundum Gallicum, Budæum imitati, Contrarotulatores reddidimus.

**M**iniati λγέασχωρ funiculi, meminit Erasmus in Chiliadibus in Prouerbium enim abiit, Miniatum funiculum mettere: Cum enim summa esset Atheniensis Magistratus cura, ut Populus quam frequentissime concionibus interesset, inter multos alios hoc efficiendi modus funiculum minio tintum duo lectores extendebat, & eo omnes in plateis factos obuiam homines in concionem agebant. quisquis enim funiculo notatus esset, mulctam pendere cogebatur.

**INDEX AVTORVM, QVI IN**  
**POLLVCIS DICTIONARIO PAS-**  
**sim denseq; cum suis Locis difficultiori-**  
**bus citantur, ac qd; maximè Latini-**  
**ne & proprié cum reddun-**  
**tur, tum explicantur.**

- |  |   |   |
|--|---|---|
| <b>A</b>   | Bdelonymus Sicyony-<br>mus, Pagina 286.   | 351.6. et 431.8. et 435.1. et<br>439.1. et 444.1.1. et 449.<br>1. et 450.1. et 452.1. et 460.1. et 464.1. et 474.1.<br>et 475.1. et 477.1.  |
| Acarani,   | 48.13.  | Aethiopes, 45.6. et 278.1.  |
| Acheus   | 469.1.  | Aetoli, 48.13.  |
| Aegeus   | 388.38.   | Agias Comicus, 136.4.   |
| Aegimai  | 417.6.6.  | Aglosthenes, 416.6.   |
| Aegyptij   | 181.2. et 186.1. et 187.<br>1. et 188.3. et 189.1. et 206.<br>1. et 278.1. et 285.1. et 286.1.<br>et 328.1.1.1.1. et 329.1. | Alceus 112.55. et 209.2. et 286.<br>1. et 317.1. et 409.6. et<br>436.2.1.   |
| Aegyptiorum Sacerdotes, 85.24.   |   | Alcibiades, 83.22. et 229.2. et<br>443.1.   |
| Acolea, 30.1. et 90.33. et 112.55.<br>et 241.1. et 264.1. et 452.1.  |   | Alcibiadis Imperatoris Acta,<br>462.1.  |
| Aeschines, 92.36. et 102.46. et<br>266.1. et 270.1. et 320.1. et 335.<br>2. et 343.1. et 357.9. et 376.<br>4. et 407.5. et 436.1.  |   | Alcini Apologus, 100.45. et<br>289.1.   |
| Aeschines Rhetor 117.59. et 126.<br>4. et 164.3. et 165.3. et 321.1.   |   | Alcmeon, 385.36.  |
| Aeschines Socratus, 86.27. et<br>92.36. et 346.1.  |   | Alexander, 44.5. et 228.2.2.  |
| Aeschylus, 96.42. et 102.45. et<br>117.59. et 195.1.1. et 229.2. et<br>266.1. et 271.1. et 272.1. et<br>280.1. et 300.3. et 317.1. et<br>320.1. et 321.1. et 324.1. et<br>326.1.1. et 330.1. et 333.1. et<br>339.1. et 342.1. et 349.2. et |   | Alexandri Epistola, 281.1.  |
|  |   | Alexandrides 411.6. et 447.1.   |
|  |   | Alexis, 76.10. et 88.29. et 99.<br>45. et 107.50. et 137.4. et<br>212.2. et 270.1.1. et 272.1.<br>et 277.2. et 285.1. et 302.7.<br>7. et 316.1. et 320.1. et 328.<br>1. et 338.1. et 348.1. et 349.<br>2. et 354.9. et 407.5. et 430. |

# I N D E X

8. 8. ♂ 438. 4. ♂ 439. 1. ♂  
 456. 1. 1. ♂ 458. 1. ♂ 459. 1.  
 ♂ 461. 1. ♂ 463. 1. ♂ 466.  
 1. ♂ 474. 1.  
**Amazones,** 45. 6.  
**Ameptius** 335. 1. ♂ 419. 7. ♂  
 427. 8.  
**Amiprias** 138. 5. ♂ 466. 1. ♂  
 473. 1.  
**Amphis** 340. 1. ♂ 350. 3. ♂  
 357. 9. 9. ♂ 417. 6. ♂  
 473. 1.  
**Anacreon**, 97. 43. ♂ 139. 6. ♂  
 183. 2. et 286. 1. 1. 1. et 350. 4.  
 ♂ 236. 2. ♂ 241. 1. ♂ 266. 1.  
 1. 1. ♂ 286. 1. 1. ♂ 351. 6. ♂  
 450. 1.  
**Anacreon Ionius Poëta** 152. 1.  
**Anaxandrides** 110. 52. ♂ 222. 1.  
 ♂ 272. 1. 1. et 300. 3. et 473. 1.  
**Anaxylas**, 79. 17. ♂ 324. 1. ♂  
 349. 2. ♂ 404. 5. ♂ 444.  
 1. ♂ 478. 1.  
**Anaxilaus**, 80. 18. ♂ 81. 19.  
**Anaxilas Rhiginus** 236. 1.  
**Anaxippus** 455. 1.  
**Andocides**, 87. 28.  
**Androton** 388. 38.  
**Anthemion Diphili** 390. 38.  
**Anthippus** 187. 2.  
**Anthropophagi** 187. 1.  
**Antigonus**, 32. 1.  
**Antileon**, 107. 50.  
**Antimachus** 113. 56.  
**Antiochus** 284. 1.  
**Antiphanes** 199. 7. ♂ 274. 5.
- ♂ 277. 2. ♂ 324. 1. 1. 1. ♂  
 325. 1. 1. 1. ♂ 350. 3. 3. ♂ 355.  
 9. ♂ 356. 9. ♂ 359. 10. ♂  
 404. 5. ♂ 408. 5. ♂ 417.  
 6. ♂ 443. 1. ♂ 444. 1. ♂  
 448. 1. ♂ 449. 1. 1. ♂  
 451. 1. ♂ 453. 1. ♂ 454. 1.  
 ♂ 457. 1. ♂ 458. 1. 1. ♂  
 465. 1. ♂ 468. 1. 1. ♂  
 473. 1. ♂ 474. 1. ♂ 475. 1.  
**Antiphates** 212. 2. ♂ 242. 1.  
**Antiphon** 20. 30. ♂ 36. 7. ♂  
 74. 3. ♂ 76. 10. ♂ 83. 21.  
 ♂ 86. 28. 28. ♂ 87. 28. 28.  
 ♂ 90. 33. ♂ 98. 44. ♂  
 100. 45. 45. 45. ♂ 102. 45.  
 45. ♂ 102. 46. 46. ♂ 121.  
 63. ♂ 122. 65. ♂ 123. 65.  
 66. ♂ 124. 66. ♂ 142. 1. 1.  
 ♂ 156. 1. ♂ 162. 1. ♂ 170.  
 1. 1. ♂ 207. 1. ♂ 208. 1. ♂  
 210. 2. ♂ 252. 1. ♂ 353. 1. ♂  
 298. 1. 1. 1. 1. ♂ 301. 4. ♂  
 302. 8. ♂ 307. 1. 1. ♂ 350.  
 3. ♂ 354. 9. ♂ 359. 10. ♂  
 366. 2. 2. ♂ 375. 4. ♂ 383.  
 26. ♂ 400. 3. ♂ 404. 4.  
 ♂ 409. 6.
- Antipates** 118. 60.  
**Antisthenes** 234. 1. ♂ 284.  
 1. ♂ 449. 1.  
**Anyte Tegeatis** 230. 2.  
**Apollo** 184. 4. ♂ 228. 2. ♂  
 279. 1. ♂ 385. 36.  
**Apollodorus** 354. 9. ♂  
 478. 1.
- Apol-

# I N D E X.

- Apollodorus Carystius* 465.1.  
 ♂ 468.1. ♂ 469.1. ♂  
 470.1.  
*Apollodorus Gelous* 173.1. ♂  
 .455.1. ♂ 465.1.  
*Arabes*, 45.6.6. ♂ 46.7. ♂  
 183.2.  
*Aratus*, 82.20.327.1.  
*Arcades*, 67.9. ♂ 227.1.  
*Archias Hybleus*, 190.1.  
